Fragmentarium

Quando autem ΑΝΑϹΤΡΟΦΗΝ significat [illegible] mione ei loco exaduersum constituit [illegible]. Secundum quoque quando pro ΚΑΤΑ GRAECA accipitur loco praepositionis [illegible] in iugurthino: secundum [illegible] debetis uterer; Lucanus in [illegible] secundum [illegible] tanta dat. Accentum autem habent praepositiones acutum in fine [illegible] apud grecos quam apud nos. Quamuis cum alii legendo in grauem conuertunt [illegible] praeposterae proferunt. Quod et aeoles quoque [illegible] qui fugiunt in fine acutum. In hac parte solent seruare: quos imitantes [illegible] In hoc quoque sequimur.

Cum ergo praeposterae ponuntur monosyllabae acuto, disyllabae paenultimo acuto proferuntur: nisi aliqua differentia ut praedictum est impediat. Ut uirgilius in .i. eneidos:

M[illegible]a omnia circum; finalem enim acuimus syllabam. Nisi paenultimam acuam, nomen [illegible]bium putatur esse. Tanta autem praepositioni tenorum mutationem facit ordinis commutatio, quod quibusdam [illegible] nominibus etiam encletici uice fungitur: quae sunt haec: mecum tecum secum nobiscum uobiscum. de quibus in pronomine latius tractatum est.

Nec mirum in hac parte orationis romanos in fine ponere accentus: quam [illegible] disyllabae; Nec non eoles contra consuetudinem suam idem facere: cum admittit semper praepositio sequenti dictioni: et quasi una pars cum ea effertur: quam uis per appositionem proferatur: unde et acutum in grauem conuertit. Ideo donatus etiam in secunda arte de praepositione se intellegere confirmat his uerbis: Separatae praepositiones acuuntur: coniunctae casibus [illegible] loquelis uim suam saepe commutant et graues fiunt.

Censorinus quoque plenissime de his docet in libro quem de accentibus scribit. Et positae quidem tam in nominatiuo quam in obliquis casibus ab eo nominatiuo composito flexis inueniuntur: ut indoctus indocti indocto indoctum indocte indocto. Appositae autem non nisi cum accusatiuo et ablatiuo: ut in hostem pro patria.

Cum uerbo semper in compositione: ut induco extorqueo percurro. Cum participiis in compositione quidem secundum uerborum figuram ex quibus nascuntur: ut inducens extorquens percurrens. Et praeterea per appositionem in accusatiuo et ablatiuo secundum nomina: ut in amantem, per ducentem. Pronominibus uero per appositionem sola praeponitur duobus supradictis casibus obliquis: ut in illum de illo. et sibi praeponitur in compositione: ut imperterritus inexpugnabilis. Nec non etiam cum nunc

Cod 756 64 c f. 2v

License: cc-by-nc – [sine loco], codices restituti, , 2v – Priscian, Institutiones grammaticae (https://fragmentarium.ms/view/page/F-o6cy/2061/25494)